Vir Illustris atque excellentissime,

Collega aestumatissime,

De argumento, quod paras, et de quo nuper benevole mentionem fecisti, observantissime Tecum communico Herm. Kirchneri Orat. III. in vol. II. p. 57.

Duces Brunsvicenses academicos Tibi indicabit abunde, et quidem ab Ernesto confessore Rehtmeierus.

Landgravios Hassiae Jo. Weberus in prog. dissertatione

Duces Saxoniae Tentzelius in Saxonia numismatica

Duces Wurtenbergenses Crusius.

De Ferdinandi II Imp. studiis academicis Ingolstadensibus agit Khevenhullerus in annal. Ferd.

Forte dabit spicilegium Val. Ern. Loescheri bibliotheca praeparata s. de scriptis praecipuum praestantium Germanorum, quam non possideo

Haec scribo non ideo, quod magnam rem Tibi subministrare mihi videar, sed quo Tu meam Tibi inserviendi promtitudinem intelligas, quippe qui Tui totus sum, et Tuo nomini, famae honorique praecipue deditus. Vale

Jo. Dav. Koehler, Prof. Historiar. Gottingensis

262

Illustri et excellentissimo
GESNERO.